



Per.
Lat
020

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse
Laptulajdonos: Katolikus Középkolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catho-
licorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — admini-
stration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER
REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 6. (tel.: 142—215).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction),
ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR.,
Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268—634).

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pretium subnotationis an. 1939—40. 3 pengoe, extra
Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gen-
tium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum
si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annuum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

Episcopus Gustavus Carolus e comitibus Majláth. (1864—1940)

Praeter Ottocarum Pro-
hászka maxime Carolus Maj-
láth hoc saeculo ineunte vitam
vere catholicam in Hungaria
resuscitavit: Prohászka scien-
tiā theologicā facundiāque,
Majláth benignitate et huma-
nitate singulari. A. 1897
episcopus Transsilvaniae con-
secratus studio apostolico nil
praetermisit, quin homines ad
Christum reduceret. Ubique
totos dies in sede¹ confessiona-
nali¹ sedens aut concionando²
docebat fideles, cum incolis
simplicissimis quoque amicis-
sime colloquebatur, malis
afflictos consolabatur, pau-
peres donis adiuvbatur diffi-
cilem miserorum vitam tolera-
biliorem redditurus. In Trans-
silvania 7 gymnasia catholica
et Collegium Marianum,
Budapestini centrum con-
gregationum «Regnum Maria-
num» et ephemeridem in usum
iuventutis catholicae «Zászló-
lónk» (= vexillum nostrum) in-



titulata condidit, sed etiam
permultis foundationibus³ be-
nificisque vitam Deo pla-
centem adiuvit. Cum autem
Transsilvania pace infelici
imperatā Trianonicā nobis
erepta esset, fratribus nostris
oppressis solacium ac re-
fugium miserorum ultimum
praebuit vim fidei nostrae,
qua firmati vexationes omnes
perpeterentur. Pro tot et tan-
tis beneficiis Hungari a. 1932
statuā hic ante oculos positā
gratias patrono suo egerunt,
cuius inscriptio Latina haec
est: «Gustavus Carolus e comi-
tibus Majláth de Székely a.
D. MCMXXXII. episcopatus
sui Transsilvaniensis anno
XXXV. expleto. Paucis an-
nis post gravi morbo affectus
reliquit Transsilvaniam — a
Summo Pontifice titulo archi-

¹ gyóntatószék = Beichtstuhl =
confessional ² prédikálás = Pre-
digen = prédicher ³ alapítvány =
Stiftung = fondation

episcopi ornatus — et nunc, cum morbo insanabili confectus vitā decessisset, et Hungaria et Transylvania luget obitum pontificis sancti et civis optimi.
O. Suszter Zalaegerszeg.

LECTORIBUS MINIMIS.

Jocosa.

1. *Iocus ex anno 1916. Mendicus*:¹ Domine, precor aliquid pecuniae, aut partem panis! — *Civis*: Nihil pecuniae, neque panem habeo! — *Mendicus*: Novi morem hodiernum quoque! Accipio etiam tesseram² panis!²

2. *Solutio simplex. Pater*: Friderice, iniecisti epistolas duas in thecam³ tabellariam³? — *Fr.*: Inieci, sed aliquid incommodi⁴ habuerunt.⁴ — *P.*: Quidnam incommodi? — *Fr.*: Nam ei agglutinatum⁵ est pittacium⁶ minoris pretii, quae rus erat data⁷ et alteri quae in hoc oppidum, pittacium maioris pretii. — *P.*: Et quid fecisti? — *Fr.*: Simplicissimum erat! Transcripsi nomen et domicilium rusticum in epistolam oppidanam et vice versā, quo facto pittacium nulla iam incommoda habuit.

3. — Ubi est Petrus? — interrogat mater. — *Ancilla*: In triclinio!⁸ — *M.*: I ergo, specta, quid faciat, et dic ei id, quod faciat, non licere.

4. Mater ad filium: — Ubi est mālum,⁹ quod hic fuit? — *Filius*: Ego dedi illud puero famelico,¹⁰ mater! — *M.*: Bene! Et quis erat puer ille famelicus? — *F.*: Ego fui, mater.

5. — Ubi natus es? — interrogat puella parva. — In valetudinario¹¹ — respondit puer annis similis. — *Puella*: Et qui erat morbus tuus?

Andreas Vagács disc. gymn. Acad. Bp.

¹ koldus = Bettler = mendiant ² kenyérjegy = Brotkarte = carte de pain ³ levélszekrény = Briefkasten = boîte aux lettres ⁴ baj volt velük = Not haben mit etwas = avoir des ennuis avec qqch. ⁵ ráragaszt = ankleben = coller ⁶ bélyeg = Briefmarke = timbre ⁷ szólt = adressieren = être adressé ⁸ ebédő = Speisezimmer = salle à manger ⁹ alma = Apfel = pomme ¹⁰ éhes = hungrig = affamé, qui a faim ¹¹ kórház = Krankenhaus = hôpital

Ex fabulis Alberti Bartóky. 1. *Nosce te ipsum*. In canterio¹ exstanti alicuius tugurii² collapsi³ sedens strix⁴ funerea⁴ sollicitudine⁵ affecta⁵ est.⁵ Illuc venit noctua⁶ et eam sic allocuta est: «Quid mali, socia?» — «Heu, malum meum magnum est, — incepit strix luctum,⁷ — hic me homines avem mortis habent et timent me, in Italia me avem caram habent et favent mihi, in Asia autem me avem sanctam et fortunam ferentem dicunt. Iam denique quo modo non maererem, cum tam multis modis de me opinantur, neque id scio, quid sim.» — Eho socia, inquit noctua, si secundum verba aliorum vis noscere naturam tuam, vere tibi dico, nec avis mortis, nec avis cara, nec avis fortunae es, sed: avis stulta.

2. *Indutiae*.⁸ Gabriel parvus valde lacrimans clamitat, mater eius frustra tentat⁹ eum sedare.⁹ Paulatim suā sponte tacet. — Age,¹⁰ Deo gratias, quod obmutescas,¹¹ dicit mater beata. — Non obmutescbam — dicit impudenter¹² puerulus — modo nunc parvum quiesco.

Benedictus e comitibus Széchényi
disc. cl. III. B) gymn. Piani
Quinqueeclisiensis.

¹ szarufa = Latte, Sparre = latte, chevron ² kunyhó = Hütte = hutte ³ összedőlt = zusammengefallen = croulé ⁴ kukik = Toteneule = chat-huant ⁵ búszult = war traurig = était d'une humeur lugubre ⁶ bagoly = Eule = hibou ⁷ kesergés = Klagen = plainte ⁸ fegyverszünet = Waffenstillstand = armistice ⁹ csitít = beruhigen = calmer ¹⁰ no = also = eh bien ¹¹ elhallgat = verstummen = se taire ¹² szemtelenül = frech = avec impertinence

1. *In Africa*. Peregrinus, qui in mari lavatur ad indigenam:¹ «Suntne in hoc mari crocodili?» — *Indigena*: «Non sunt». — *Peregrinus*: «Cur non sunt?» — *Indigena*: «Quia crocodili cetos² timent!»

2. *Magnus adulator*.³ Voltaire, philosophus et scriptor Gallicus subtilis atque argutus,⁴ olim in amicum quendam incidit,⁵ et ei quaerenti: «Quid facis?» Voltaire respondit: «Mecum ipso ago⁶. Et amicus: «Tunc, amice mi, animum bene intende! Noli omnia credere! Cum formidabili⁷ adulator agis!»

3. *Propinquitas. Magister*: Fratres et sorores propinquā cognatione⁸ coniuncti sunt. Quis longinquā cognatione coniunctum memorare scit mihi? — *Marius*: Amita⁹ mea in Australia.

*Coquus*¹⁰ astutus.¹¹ Dominus quidam Conradum, coquum suum, reprehendit, quod anserem¹² altero¹³ pede¹³ orbem¹³ ministravisset. «Anseres tantum unum pedem et unum crus¹⁴ habent», dixit Conradus se excusans... Postridie et dominus et coquus ad flumen ibant, ut unum ex his avibus invenirent. Cum Conradus e longinquo¹⁵ complures anseres uno pede quiescentes vidisset, dixit: «Aspice, domine!» Hic aspexit et ei respondit: «Exspecta!» et cum aliquantum accessisset, clamavit: «Oh! Oh!» Aves perterritae¹⁶, alterum pedem ad terram demiserunt, et deinde omnes fugerunt. «Quid nunc tibi videtur, edax?¹⁷ nonne duo crura illi habent?» «Ita est, domine, si hesterno vespere clamasses «Oh! Oh!», certe ille anser quoque alterum crus monstravisset.»

Marcus Bauen disc. Luganensis.

¹ bennszülött = Eingeborner = indigène ² cápa = Haifisch = requin ³ hízelgő = Schmeichler = flatteur, flagorneur ⁴ szellemes = geistreich = spirituel ⁵ bukkan vkire = auf Jmd. treffen = rencontrer ⁶ tárgyal = verhandeln = discuter ⁷ borzasztó = furchtbar = formidable ⁸ rokonság = Verwandtschaft = parenté ⁹ néni = Tante = tante ¹⁰ szakács = Koch = cuisinier ¹¹ ravasz = schlau = rusé ¹² liba = Gans = oie ¹³ egy lábú = einfüßig = privé d'une patte ¹⁴ lábszár = Bein = jambe, patte ¹⁵ távolban = in der Ferne = de loin ¹⁶ ijedtükben = erschrocken = effrayer ¹⁷ falánk = gefräßig = glouton

Rex Mathias et cantor Cinkotanus.

Latine reddidit: *Judiha Bertalanffy* disc. Angelani Bp.

Aliquando Mathias sacerdotem in aulam regiam ad se vocavit, qui vico¹ suo pecuniam petere voluit. Sed sacerdos homo simplex erat et ante regem apparere non audens² cantorem pro se misit. Cum cantor preces³ protulit, rex dixit: «Dabo vobis pecuniam, si mihi interroganti respondere poteris». Interrogatio prima erat: «Ubi sol oritur?» — «Maestati Budae, mihi Cinkotae!» — erat responsum. Rex deinde interrogavit haec: «Quanti⁴ rex constat?»⁴ — Cantor respondit: «Christus 30 siclorum⁵ constabat, ergo etiam rex 29 constat!» —

¹ falu = Dorf = village ² merészel = wagen = oser ³ kérés = Bitte = demande ⁴ mennyibe kerül = was kostet = quel en est le prix? ⁵ nummorum argenteorum Hebraeorum

Postremo haec rex interrogavit: «Quid rex putat?» «Rex putat se cum sacerdote loqui, sed re vera cum cantore loquitur!» Rex pro agilitate cantorem donavit.

LECTORIBUS MEDIIS

Commercium epistolare.

Studentes Collegii Gödöllöensis amicis «Iuventutis» s. p.

Carissimi amici!

Collegium Gödöllöense et Lyceum Gallicum Ordinis Canonicorum Praemonstratensium silvis pul-



Collegium Gödöllöense.

chris latisque circumdata sunt. Quamquam in amoena propinquitate Budapestini, tamen in provinciali, ad discendum maxime apta, tranquilla solitudine vivimus. Pars studiorum lingua Latina est. At praeter studia litterarum habemus occasionem amplam remissionis¹ animi. Institutum nostrum habet extra arenam pedifolii² etiam locum destinatum et ad tela³ in orbem³ mittenda³ et ad pilam⁴ reticulo⁴ fundendam,⁴ hortumque botanicum, ubi studentes indolis diversissimae horas liberas ad libidinem⁵ agere possunt. Saepe frequentamus Theatrum Nationale et Musicum.⁶ Habemus in collegio etiam scenam et atrium⁷ cinematicum.⁷

Pars recentissima instituti nostri *Lyceum Gallicum* est, cuius studentes professor Gallicae originis (cuius studia lingua Gallica Latinaque sunt) in linguam Gallicam introducit. Discipuli diem totam cum illo agunt, ut linguae Gallicae maiorem operam dare possint. Classis nostra (VIII) nunc ad tentamen⁸ maturitatis se praeparat — orate pro nobis! (sicut professor Latinus dicit: pro nobis — peccatoribus!). Valetate et accipite salutationes optimas abiturientium Gödöllöensium.

Antonius Endrey abiturientis Gödöllöensis.

¹ pihenés, üdülés = Erholung = récréation ² labdarúgás = Fußball = football ³ céllövészeti = Scheibenschießen = tir à la cible ⁴ ludus «tennis» ⁵ tetszés szerint = nach Belieben = à leur gré ⁶ vulgo: Opera ⁷ mozi = Kino = cinéma ⁸ vizsgálat = Prüfung = examen

De morte speculatoris. (2)

Scriptis P. M. Lekeuz. Latine reddidit: *Soror M. Anna Benze* I. B. M. v. prof. thygatrogymnasii Aegopolitani.

Erhardus iterum ad epistolam inceptam revertitur. Scriberet, si posset. Capite palmis sustentato, voce quasi surdā murmurat: «Irae coelestes!»²³ Conspexit me, velut si nunquam me novisset. Interdum ruga²⁴ quaedam acerba in angulo oris eius apparuit: «Nonne nil tuā interest, videre hominem moriturum... intellego hoc... beatus es tu... nunc intellego... quid sit vivendum... vivere... O mi Deus!...»


— Per Deum! — respondi — credisne fore, ut octo diebus post forsā eiusdem sortis particeps fiam? Haud ignoras, quam parvi²⁵ pendatur²⁵ vita nostra his temporibus!

— «Sane, sed tu saltem²⁶ in pugna mortem occumbes, donec ego... Sed nescio, an iuste tibi de hac re loquar — addit quasi se deprehendens²⁷ — et ego miles sum, centurio sum, non me moriendi nescium videbis.» Vultu composito²⁸ rursus tranquillus mihi res suas confidere coepit: «Rēverā scio artem speculatoris non esse pulchram, sed minime meā culpā hoc officio me functum esse scito. Coactus sum, sicut omnes apud nos subsidiarii,²⁹ quique in regionibus externis castra posuissent. Oboedivi. Officio meo functus sum, pro patria mea moriar: uxor mea filiolaque meae superbire poterunt me.

Quae omnia, voce pacificā cordeque roborato dixit. Vere me propensum³⁰ in eum fieri³⁰ sentio. Denique pulcherrimo exemplo mihi esse videtur. Gaudeo, quod non est verus speculator. Admiror hunc hominem, quippe qui, licet frigidum gradum mortis sentiat, tamen angorem naturae domare possit.

«Fortasse fieri potest, ut petitio mea...?» — interrogat inquiete carcerem permetiens.

Sub solis occasum litterae per cursorem in castellum missae sunt, quae cito annuntiarent peti-



1. Aër Londonii follibus in aëre stantibus defenditur, qui velum ex filis metallicis constans atque e longinquo invisibile tenentes aëroplana similiter, ac texta aranea muscas, capiunt. 2. Follis aërostaticus Berolini.

²³ átkozott! = verflucht! = malédiction! ²⁴ ránc = Runzel = ride ²⁵ olcsó = wertlos = à bon marché ²⁶ legalább = wenigstens = au moins ²⁷ magát összeszedi = sich fassen = se ressaisir ²⁸ higgadt = leidenschaftslos = calme ²⁹ tartalékos = Reservist = de réserve ³⁰ vonzódni kezd = Neigung fassen = être gagné par la sympathie

tionem gratiae reiectam esse, Erhardumque postero die plumbo³¹ interfectum³¹ iri. Ego ipse annuntiare debeo, quid novi sit. Sine dubio me durissimo officio fungi oportet. Iterum, iterumque animadverti meipsum, cum carcerem intravissem, optantem, utinam contrarium melioremque nuntium ferre possem huic homini, qui uxorem filiasque haberet.³²

— Mi centurio, petitio tua reiecta est. — Aspectu lineamentisque oris durescentibus, in fronte rursus sulci³² ducuntur.

«... et... quando... ubi... supplicium?...» Vocabulum faucibus haesit, tantum gestibus manuum aridis atrocibusque expressit, quidquid cogitavis set.

— Cras mane hora septima.

Ipso momento haec anima penitus³³ collabi videtur. Repente vultu distorto,³⁴ nescio quid novi ignotique horroris vibret in oculis eius. Forsitan aspectum bestiae ferae, quae ab omnibus lateribus insequitur, huic similem esse dicas. In sellam corruit. Dum oculis rotundis dilatatisque tamquam in vacuum intuetur, frontem temporaque³⁵ eius sudore inundata conspexi. Manus tremulae apparent, labia prope dementer surrident.

Rēverā miseruit me eius... nimis miseruit me moribundi aspicientem, quomodo collectaretur³⁶ anima eius. Quos immensos cruciatus contemplan, obliviscor speculatoris, nec iam hostis reminiscor, nihil aliud nisi animam meam loqui iubeo.

Finis sequetur.

³¹ agyonló = standrechtlich erschießen = fusiller
³² barázda = Furche = ride, sillon ³³ teljesen = gänzlich = totalement ³⁴ eltorzult = verzerrt = décomposé ³⁵ halánték = Stirne = tempe ³⁶ vergődik = ringen = se débattre

De Kmerorum cultu a venatore invento.

Saepe magna ex humili re oritur: etenim ignoti populi cultum apud Indos invenire venatori necopino¹ contigit. Tigrim necare minoris apud Indos habetur (= aestimatur), quam elephantum; nam viatorum gloriola est tigris potiri, sed elephantum morte afficere est virorum venatoriam artem exercentium. Et, dum indaginibus² saltus cingunt et beluas persequuntur, regiones adhuc ignotas perlustrant earumque condicionum viros geographiae studiosos certiores faciunt. Etenim octoginta circiter abhinc annis evenit, ut antiquissima urbs, etiam tum ignorata, Kmerorum caput, forte inveniretur: nam venatorum agmen, dum rhinocerotem vestigiis insequitur, insperatis monumentis occurrit, quae arbores vetustissimae proceresque circumdabant vinciebantque. Tum ex venatoribus quidam, Muhobus nomine, Gallus natione, indigenarum³ operā advocatā, nongenta templa Kmerorum, proximam urbem inter nonum et duodecimum a. Chr. n. saeculum incolentium, detexit atque patefecit. Quae urbs, tria per saecula cum proximis Orientis populis acerrime pugnans, sui⁴ iuris⁴ se servavit. Quarum pugnarum narrationes lapideis in caelaturis, quas, temporum iniuriā, ex alabastrite factas dixeris, exaratae⁵ sunt. Viri docti, si cupiant novisse, quinam fuerit gentis, de quo loquimur, cultus, Kmeris ligneas fuisse privatas domos, marmorea vero tantummodo templa et regias moles,⁶ longissima latissimaque

moenia (quibus Anghora Vata, urbs caput, circumdaretur), facile inveniant.

Regiae molis, in foro aedificatae, ab hostibus deletae, basis tantum superest, ubi sexcentorum elephantorum series, quam aequales elephantorum solarium,⁷ ex ingenti beluarum numero, appellerunt, insculpta est. Praeterea haud longe a foro stat columella,⁸ quae Commaillum, verum natione Gallum, rerum antiquarum peramantem, in loci vicinia anno MCMXVI necatum atque inter saxa ab eo, doctrinae amore, effossa sepultum, viatoribus indicat.

Prof. G. B. Bellissima. — Pisa.

¹ váratlanul = unverhofft = inopinément ² kerítés = Gehege = haie ³ bennszülött = Eingeborener = indigène ⁴ független = selbständig = indépendant ⁵ feljegyezni = aufzeichnen = noter ⁶ épület = Gebäude = bâtiment ⁷ nap = Sonnen = du soleil ⁸ parva columna

Et in terra pax ...

Scriptit: Fr. Herczeg. Latine reddidit: Ios. Guelmino Bp.

Samael¹ egressus est ex Argentea Porta et ad se nutu² citavit² tres angelos atros: «Statim speciem induetis lupi — imperavit — et ad crucem silvestrem vici Szentmiklós subsidetis³ in insidiis et si intonerint campanae⁴ nataliciae⁴, diligentissime auscultantes⁵ hominem septimum, qui in via vobis appropinquaverit, dilacerabitis.» Angeli horrore aspexerunt inter se alter alterum.

— Iussum detuli — finivit Angelus Mortis et recessit per Argenteam Portam.

*

Ioannes aspexit horologium⁶: hora decima est nunc ipsum.⁷ Secundum horarium⁸ ad quintam post meridiem domum pervenire potuit, sed tramen⁹ inter montes nivibus obrutum prius effodiendum erat. Per tramen citatissimum (vulgo: express) temperanter calefactum¹⁰ et splendide coluistratum¹¹ vix aliquot viatores reptabant.¹² Quis enim suā sponte proficiscitur nocte nataliciā? Et quasi vidisset omnes cognatos suos se expectare in domo matris. Qui si ne ad mediam quidem noctem advenerit, ad diluculum¹³ quoque unā manebunt. Quod autem parvi momentū¹⁴ est. At magni moenti est illa superbia parva quidem, sed assidua,¹⁵ quae dulciter ardet ei in sanguine et quapropter in voluptatem convertuntur singuli spiritus ducti, quia vicit in pugna magna, in pugna vitae suae decretoria.¹⁶

Tantum 35 annos natus est et iam secum portat in sua theca¹⁷ flava,¹⁷ quam ne punctum quidem temporis manu unquam mittit, gloriam, potestatem et divitias. Posthac ubicunque vult, potest vivere; potest id operis, quod cordi est, subire; potest eam puellam, quam amat, in matrimonium

¹ angelus mortis (nomen fictum) ² odaint = herbei-winken = faire signe d'approcher ³ meglapul = niederkauern — se blottir ⁴ karácsonyi harang = Weihnachts-glocke = cloche de Noël ⁵ hallgatózik = lauschen = écouter ⁶ óra = Uhr = montre ⁷ pontosan = Punkt = exactes ⁸ menetrend = Fahrplan = horaire, indicateur, de chemins de fer ⁹ vonat = Zug = train ¹⁰ fűt = heizen = chauffer ¹¹ kilvilágit = beleuchten = éclairer ¹² lézeng = herumschleichen = fläner ¹³ hajnal = Morgendämmerung = la pointe du jour ¹⁴ jelentőségű = Bedeutung = importance ¹⁵ állandó = beständig = constant ¹⁶ döntő = entscheidend = décisif ¹⁷ sárga táska = rotgelbe Tasche = serviette jaune

ducere. Et nihil hanc victoriam dubiam facere potest. Rationes¹⁸ suae reprehendi¹⁹ non possunt, experimenta sua chemica usque ad ultimum optimo successu egit²⁰. Sed quamquam diligentissime custodivit hoc secretum grandissimum, aliquid tamen animadvertetur ita, ut nunc ex parte gravi, immo et gravissima conditiones²¹ fabulosae proponerentur²¹. Nunc in magna rerum commutatione versatur, nam idem, qui sex mensibus ante ne vestimentum quidem bonum habuerat, vix se defendere potest contra vim²² affluentem auri, quae eum obruere parat.

Sic et suorum venit eius in mentem. Illi quoque aliquid sentire videbantur, sic eum expectantes ut suum liberatorem. Qui liberet illos squatore²³ et acerbitate, quae paupertatem sequitur.²⁴ Quod facere et ipsi in animo est. Quin²⁵ etiam²⁵ maxime ideo laetatur de victoria sua, quod sic bona pars hominum felix reddi potest. Matri casam familiarem aedificabit commodam, in margine silvae. Hortus quoque adiungetur illi hiemalis, anus²⁶ enim illa benigna admodum diligit flores. Miserula, quae per totam vitam parce vivebat et etiam fame²⁷ laborabat, dummodo dilectissimo filiorum universitatem frequentandi copiam²⁸ faceret.²⁸ Rem fratris quoque ordinabit, qui iam multos per annos aere²⁹ alieno²⁹ demersus est²⁹, totus iam efferatus³⁰ commotionibus,³¹ humiliationibusque.³² Sorori quoque aderit,³³ ut tandem nubere possit. Et quamquam sponsus³⁴ non est vir gravior, tantum nebulo³⁵ quidam amabilis, sint tamen coniuncti; nemo enim scire potest, quo ex gramine germinet³⁶ beatitudo.

Finis sequitur.


¹⁸ számítás = Berechnung = calcul ¹⁹ kifogásol = mißbilligen = objecter qqch. à ²⁰ végez = machen = faire ²¹ ajánlatot tesz = Anerbietung machen = faire une proposition, proposer ²² copia ²³ mocskok = Schmutz = souillure ²⁴ velejár = begleiten = accompagner ²⁵ sőt = sogar = et même ²⁶ öreg asszony = alte Frau = la vieille ²⁷ koplal = Hunger leiden = souffrir la faim ²⁸ módot nyújt = ermöglichen = rendre possible ²⁹ nyakig úszni adóssághban = bis über die Ohren in Schulden stecken = être obéré de dettes ³⁰ elvadult = verwildert = farouche ³¹ izgalom = Aufregung = énévement ³² lealázás = Erniedrigung = humiliation ³³ segítségére van = beistehen = aider ³⁴ vőlegény = Bräutigam = fiancé ³⁵ fickó = Taugenichts = jeune gaillard ³⁶ sarjad = hervorsprießen = germer

Nuntii recentissimi.

Finni in bello 4 ½ mensium 15.000, Russi 150.000 hominum amiserunt. Finni etiam diutius restitissent Russis, si Britanni Francique satis militum auxiliariorum misissent. Sed Sueci non passi sunt milites a Britannis per Sueciam mitti, ne etiam in hoc regno neutrali bellum gereretur. Finnis enim, cum legionem XVIII soveticam delevisent, vexillum huius legionis monstravit, quae consilia futura Russorum essent: in vexillo ab altera parte semiglobus terrae falce¹ malleoque² ornatus, ab altera republicae Balticae Suecia nec non Norvegia meridionalis cuspidem³ Baionnepsis³ transfixae cernebantur. Heroes Finniae, qui ceciderant, non solum admirationem orbis terrarum patriae suae comparaverunt, sed etiam Russos adeo debilitaverunt,⁴ qui 1500 curribus⁵ bellicis⁵ et 700 aeroplanis amissis ultro condiciones pacis eis, quae ante bellum a Finnis repudiatae erant quamquam duriores, tamen ultro offerrent. Ex finibus, qui Russis

traditi sunt, omnes Finni (circiter 300.000) in Finnam mutilatam migraverunt.

Inter duos litigantes tertius . . . maeret. Sic mutatur hodie proverbium. Nam populi neutrales, quamquam neutralitatem omni modo servare conantur, calamitates patiuntur haud parvas.



Cum enim limites muniti Maginot et Siegfried impedirent, quominus hinc Britanni Francique illinc Germani impetum faciendo verum bellum inciperent, alio loco post longam quietem hiemale bellum exortum est. Germani timentes, ne Britanni Norvegiā potiri experirentur, — uti dicunt — hostes suos praeventendi⁶ causā inopinate Dania sine ullo certamine, Norvegiae autem portus et urbem Oslonem nocturno impetu Norvegis resistētibus ceperunt. Britanni Norvegis auxilium ferendum potuerunt.

Nuntii varii breviores. In certamine ludi scacorum⁷ Budapestinensi praemio victoris *dr. Euwe* campio Bataviae clarissimus ornatus est. — *Hiramus Maxim* inventor machinae⁸ sclopetae⁸ a. 1840 in civitate Americana foederata Maiae natus est (mortuus est a. 1916 in Britannia). — Germania, quae a. 1914 540.000 kilometrorum quadratorum territorii habuit, nunc 738.000 chm. et 110 milliones incolarum habet. — Parisiis et Londinii in vivariis⁹ solum elephantum relicti sunt, ceterae bestiae pretiosiores in provincias transportatae, carnivorae¹⁰ autem viliores (ut vulpes, canes¹¹ aurei¹¹ etc.) peremptae sunt. — «Diffugere nives redeunt iam gramina campis» cantat Horatius. Hoc anno infinita vis nivium inundationibus pervastavit planitiem Hungariae aliorumque regionum. Damnum immensum est.

Quid Europa Hungaris debeat. *Renatus*¹² *Dupuis* professor universitatis Parisianae nuper de Hungaris disserens citavit scriptorem rerum Anglicum *Maculay*, qui quondam declaravit: «Nisi Hungari suo loco fuissent, pueri Oxonienses¹³ nunc non Evangelium, sed Coranum docerentur.»

¹ sarló = Sichel = faucille ² kalapács = Hammer = marteau ³ szurony = Baionett = baïonnette ⁴ meggyengít = lähmen = débiliter ⁵ vulgo: tank ⁶ megelőz = zuvorkommen = prévenir ⁷ sakk = Schach = échec ⁸ géppuska = Maschinengewehr = mitrailleuse ⁹ állatkert = Tiergarten = jardin zoologique ¹⁰ ragadozó = Raubtier = carnassier ¹¹ sakál = Schakal = chacal ¹² René ¹³ Oxford

Selma Lagerlöf, autrix fabularum Romanensium Sueciae clarissima nuper diem supremum obiit. Duobus annis ante, cum illustris poëta diem atalem LXXX ageret, collaborator noster, *Franciscus*



Turányi dr. commemorationem fecerat vitae operumque eius (vide numerum IV. anni 1938. «*Iuventutis*»). Quem numerum ephemeridis moderator eximiae auctrici tramittendum curavit, quae litteris manu propriâ subscriptis Francisco Turányi pro commemoratione intimas gratias egit. Illustris domina ceterum omnia sua bona haud exigua institutis diversis sublevandis legavit.

De Francisco Lehár 70 annos nato.

Scriptis: *Alexander Weber*, disc. Sch. P. Bp.

Franciscus Lehár unus ex clarissimis auctorum Hungariae musicorum, a. D. 1870 natus est in urbe Comara (= Komárom). Studiis mediae scholae absolutis in academia artis musicae «*Conserva-*



Franciscus Lehár

torium» nominata Praegae disciplinas musicas perdidicit. In Hungariam reversus, diu regens¹ chori¹ in urbibus Losoncz, Pola, Tergeste (= Trieszt), dein Budapestini et Viennae symphoniaci² militibus praeerat. Hucusque peregre³ vivebat.

A. 1933 Parisiis «commendator (= praefectus) legionis honoris» francogallicae nominatus est; sed diem natalem LXX celebraturus denuo Budapestinum advēnit. Opera eius musica in quacumque Europae urbe semper magno cum applausu⁴ accipiuntur. Musica eius singularis⁵ similiter operibus musicis Italicis lenis⁶ ac tepida⁶ iucundissime sonans est.

Lehár noster drama maius musicum (vulgo: opera) unum tantum ad modos⁷ adaptavit,⁷ quod prius «*Kukuska*» inscriptum erat, annoque 1899 sub titulo «*Tatjana*» in odeo⁸ Regio «*Hungarico*» actum est. Plurima eius opera comoediae musicae (vulgo: operette) sunt, e. g.: «*Feminae Pestinenses*»; «*Vidua laeta*»; «*Amor Cingarorum*»; «*Triputium*»⁹ caeruleum»; «*Friderica*»; «*Principissa*», ac opus eius maxime carum «*Terra risus lenis*», in quo amorem infelicem enarrat cuiusdam principis Sinensis, nomine Su-Tchong, erga filiam Austriaci ducis¹⁰ belli.¹⁰ Recentissimum opus eius: «*Luditha*» inscribitur.

Pridie Kalendas Maias annum 70 vitae suae celebrabit, qua occasione opus eius maxime notum: «*Terra risus lenis*» duce auctore ipso agetur Budapestini.

¹ karmester = Kapellmeister = chef d'orchestre ² zenekar = Orchester = orchestre ³ külföldön = im Auslande = à l'étranger ⁴ tetszés = Beifall = applaudissement ⁵ individualis ⁶ lágy, meleg = mild, warm = doux ⁷ chaud ⁸ composuit ⁹ Operaház = Opernhaus = Opéra ¹⁰ vulgo: mazurca ¹⁰ mareschalli

LECTORIBUS MAIORIBUS.

Ad Reginam Pacis Obtestatio.

(Illmo Soc. Magistorum Cath. Med. Sch. Hung. Praesidi
Dri Andreae Zibolen d. d. d.

Intuere, Virgo, fletum: En salutis Tibi nomen
Cruentata siste acta! Novum protulit decorum
Dona pacem et quietum — Faustum salvatricis
omen —
Ira mundum fac con- Sacer Dux Christicolorum.
fracta!

Pacem, caelitem quae ore, Terrae luctum ac dolorem
In creatis non invitis Cordi Tuo commendamus.

Soni campanarum more Quo piaculo amorem
Iam effinge, Virgo mitis! Iam pacati comprobamus.

Vide vallem lacrimarum, Pacem ferre iam festina
Mater, sauciam cruore; Cunctis mundi creaturis,
Aufer calicem amarum, Cum tu Pacis sis Regina,
Quem potavit sat dolore! Nostrae sola spes telluris!

Vilnae, die Paschatis 1940.

Rud. Nowowiejski.

Librorum recensio.

Marziale. Saggi critici di *Giambattista Bellissima*. — Paravia e Comp. Torino, 1931. Pag. 292.

Studium, quod a poëta Martiali omni tempore excitabatur, haud minime augetur illustri opere *Ioannis Baptistae Bellissima*, professoris Universitatis Pisensis, quod nuper



rime ad nos pervenit. Auctor operis in charta maiore sumptuosa typis mandati copioseque illustrati perpetuas suas cogitationes assidueque studia exponit, quibus ingenium poëtae perscrutari ac problemata operis vitaeque eius dilucidare conabatur.

Martialem legentes verum esse sentimus, quod Italicus ille Leopardi generatim dixit de litteris Graecis et Latinis: unicuique eas perlegenti magis magisque mirabilem videri artem scriptorum imaginemque ab iis de hominibus rebusque antiquis expressam. Summa Epigrammatum Martialis monumentum quoddam symmetricum splendidumque apparet, quod

poëma vere humanum opusque concinna unitate perfectum repraesentat. Quod quidem ex Roma natum est, sed tempus spatiumque transgressum ad omnem aetatem pertinebit. Commentarium libellum poëtae habere videmur, quo aetas illius tamquam in speculo cernitur ita, ut revera fiat, quod ille voluit: «Agnoscat mores vita legatque suos».

Auctor operis poëtam ex Biblili Hispaniensi oriundum per omnes vitae casus necessitudinesque persequitur. Singulis capitibus exponere contendit res, quibus mens scriptoris afficiebatur, censuram eius litterariam, summam necessitudinem, qua Neronem Domitianum-



que attingebat, suaeque ipsius immortalitatis expectationem. Refert habitum, mores, vagationes, paupertatem poëtae, vim magicam Romae, qua poëta movebatur, desiderium patrii soli, peritiam botanicorum, zoologicorum artisque coquendi, necnon eiusdem de moribus, amicitia, mulieribus, dolore, religione, divitiis, natura opiniones. Ostendere vult, quo iure sit dictum a poëta: «Hominem pagina nostra sapit». Magna vis imaginum luce expressarum de personis, rebus locisque, quae ad Epigrammata attinent, et 17 exempla codicum Bibliothecarum Ambrosianae Laurentianaeque librum pretiosum eximie delectantem reddunt.

Iulius Kováts dr. Bp.

Vivum Latinum.

Recitationem Latinam radiophonicam Budapestini 9 m. Martii Excellentissimus Dominus *Iulius Kornis dr.* a consiliis regis intimis, professor et pristinus Rector Magnificus universitatis Budapestinensis «De origine universitatis Pazmanianae» habuit. Textum, quia inopia loco publici iuris facere non possumus, si quis legere vult, accurari sibi iubeat ab administratore nostro fasciculos 4—5 anni XX (1935 Dec.—1936. Jan.), ubi haec dissertatio primum edita est.

Cursus sermonis Latini a professore *Francisco Turányi* in gymnasio Vörösmartyano institutus mense Martio finitus est. Societas Amicorum Litterarum Humanarum («Parthenon») moderatore *Iosepho Wagner* mandante auditores perseverantissimos et quidem dominum *Stephanum Jávor*, necnon dominas *Aloysiam Szépfy* et *Helenam Baranyay* libris Latinis ab eodem moderatore dedicatis donavit.

AENIGMATA

Solutiones aenigmatum numeri VI.

1. Pes, ego, söl. — 2. Nemo, emit, misi, otio. — 3. Principis obsta, sero medicina paratur, Cum mala per longas convaluere moras (Ovid.). — 4. Puella 19 annos nata erat.

Aenigmata recte dissolverunt: In Hungaria: V. Hoffmann, S. Kálmán, H. Korompay, G. Margittay, I. Pukánszky, E. Somogyi, Au. Turner, S. Wittinghof, P. Cholnoky, Gr. Kerényi, E. Kis, M. Kossaczky, I. Németh, M. Pieke, G. Schlosser, L. Faust, I. Fáy, V. Árvay, M. Bartha, E. Böhm, Cl. Göbler, N. Horváth, M. Kertész, I. Ruitz, E. Madocsay, S. Pollacsek, E. Unghváry (*Szilágyianum*),* E. Bányai, M. Blándl, M. Dischka, M. Göntér, A. Salamon, E. Szál, M. Irsy, A. Králik, H. Trombitás, E. Várjon, C. Bauer, H. Vogt (*Ursulanum**), St. Székely, Fratres Mayer, Eu. Trombitás, E. Scheily (*gymn. Archiep.*), I. Mosonyi (*Giselanum**), G. Haluskay, A. Tauszig, V. Imhof, S. Mittelmann, M. Klein, M. Tóth, S. Halmi, A. Stiller, A. Schwarcz, M. Rezső, M. Lewinger, P. Szabolcs, V. Kupfer (*Veresianum**), P. Tolnay, G. Binder, I. Vittalm, E. Szabó (*Sch. Piae*), G. Gonda, G. Révész, M. Szabó, I. Vida, R. Wimmer, G. Gárdos, R. Csató, Á. Dervarics, G. Germanus, Fr. Kállai, I. Kovacsik, G. Steiner, A. Szabados, E. Bamberger, P. Bornstein, A. Heumann, I. Kaczur, G. Schwarcz, A. Weisz, I. Gárdosi, Th. Brunner, St. Kripác, G. Somogyi, L. Kovács, A. Gyürky, L. Vágó, Fr. Frankl (*Bólyayanum*), A. Samarjay (*Theresianum**), G. Tauszig (*Madáchianum*), E. Rosner, P. Konrád, P. Resofszki, L. Keleti, G. Nyitray, St. Szám, A. Miklósi (*gymn. IPEA*), M. Solti, E. Kováts, E. Binder, M. Grabits, Au. Tasnády (*Sophianum**), St. Gátszegi, L. Hitesy, I. Katona, I. Szabó (*Emericanum*), C. Grabits (*Stephanum*) *Budapestinenses*. St. Huszár, V. Simon *Csurgonenses*. E. Réti, I. Rozsnyay, St. Vida, I. Neun, P. Dóri *Dombóvárienses*. A. Madarász, A. Mertusz, V. Varga, G. Vongrey, L. Lenkei, Z. Babocsay, A. Halka, L. Korponay, M. Simon P. Szontágh, L. Török, A. Veres, E. Erhardt, C. Kenderessy, A. Mihalik, L. Nagy, A. Pomozi, L. Juhos, Z. Zimányi, D. Cserniczky, F. Órs, I. Oláh, N. Saáry *Agrienses*. H. Böröndy, M. György, L. Bolla *Strigonienses**. St. Hatvani, O. Waldner, L. Medve, I. Szó, Fr. Csépany *Cyöngyösienses*. A. Borbély, I. Héjja, E. Kákonyi, E. Molnár, C. Osgyáni, P. Straub *Colocenses*. I. Répcezőlgyi *Kaposvárienses*. J. Balázs, St. Börcsök, C. Imgrund, A. Kamarás, C. Lehoczky, St. Zsembery, St. Horváth, A. Amstadt, B. Schöffler *Kiskúnhalasienses*. L. Hársing *Kisújszállásienses*. Fr. Horváth, St. Ipkovich *Ginsienses*. I. Kápolnai, M. Palotai *Mezőkövesdienses*. Br. Légrády, E. Borsay, H. Faragó, H. Kakasy, Fr. Markbreit, I. Kner, I. Takács *Mezőtúrienses*. Classis II B) *Miskolcienses*. G. Weisz *Munkácsienses**. A. Vukics, S. Ehmann, S. et G. Winkler *Magno-Canissanae**. M. Bella *Scarabantina**. N. Mermelstein *Novopestinenses*. L. Tamás *Vesprimienses*. — In Batavia: I. Heddes, G. Steenhof, W. Wenstedt, H. Akkermans, Cvd. Broek, A. vd. Burgt, H. Gaudelius, G. vd. Hoven, C. Iacobs, H. Sluiter, P. Vette, I. Vossen, G. vd. Valk, A. vd. Ryt, I. Spillers, H. Ianssons *Kaatsheuwelienses*. I. Berkvens *Eindhovenienses*. — In Helvetia: A. Iten *Tugienses*. — In Suecia: Br. Sjöwall *Christianapolitana*. — *Stellula** scholas puellarum indicat.

Praemium sorte Melinae Bartha, Edithae Szál, fratribus Mayer, Annae Stiller, Iosepho Vitthalm, Roberto Wimmer, Stephano Szám, Marthae Solti, Ioanni Szabó, Cornelio Grabits, Ernesto Réti, Paulo Szontágh, Helenae Böröndy, Stephano Hatvani, Iulio Héjja, Iolanthae Répcezőlgyi, Carolo Lehoczky, Michaeli Palotai, Irenae Takács, Susannae Ehmann, Gysberto v. d. Valk, Alfonso Iten, Britae Sjöwall obvenit.

1—3. *Quadrata magica 1.*

	1.	2.	3.	
	1.			R R A
	2.			V V A
	3.			E E A

1. Uxor primi hominis in terra.
2. Tempus anni, quod nunc adest.
3. Locus, apud quem antiqui sacrificabant.

Theresia Weisz disc. *Giselani* Bp.

II.

	1.	2.	3.	4.	
	1.				A A A A
	2.				E E L M
	3.				M O O R
	4.				R R T T

1. Haec urbs est sita in Italia.
2. Quid agit puer in ecclesia?
3. «Non bene» valet hoc adverbium.
4. Est «niger» simile vocabulum.

Geysa Tauszig disc. *Madachiani* Bp.

III.

1.								A A A A C C
2.								E E E I I L
3.								L M N N N O
4.								O O P P R R
5.								R R S S S S
6.								T T U U U U

1. Animus noster huc inclusus est.
2. Hic 70.000 Romanorum a Poenis occisi sunt.
3. Gaudeo.
4. Quod imperatum est.
5. Forma seu aspectus.
6. More Luculli ceno. — Diagonalis nigro significata clarissimum ducem Romanorum indicat.

Hugo Frey disc. *Luganensis*.

4. *Ad saltum equulei.*

li!	de	ti	te,	to:	se	ali	dat,	ali	dex
	qu	no	cre	is	men	Cum	us	lau	
re	bi,	de	tu.	me	plus	es	quis	iu	te tu

Felix Örs disc. *Agriensis*.

5. *Logogriphus.*

Parva quidem volucris, sed sum bona fingere nectar. Sigma mihi insiliet? Lubricus anguis ero.

Fr. Palata-Trebitz (Moravia).

6. *Pyramis.*

	1								
	2	1							
	1	2	3						
	2	1	3	4					
	3	4	5	1	2				
	3	4	5	6	1	2			
	3	4	5	7	6	1	2		

Ladislav Tamás, disc. *Vesprimiensis*.

7. *Votum ad hanc ephemeridem pertinens:*

(*Numeris*).


- Saepe 13. 10. 17. 31. 6. 30 veritas.
 Risum 26. 8. 25. 29. 20. 3. 17. 19 amici!
 Quot homines 1. 18. 14 causae.
 Quod licet 5. 18. 23. 17 non licet bovi.
 34. 9. 33. 22. 17. 12. in herba 31. 4. 28. 8. 35.
 3. 27. quoque!
 9. 24. — 13. 11. 19 Minervam docet.
 25. 2. 9. — 18. 30. 25. 17. 12. moriar
 7. 32. 9. 17. — 23. 17. 16. 17. vici!
 21. 15. 12. belli et pacis.

Ioannes Vossen disc. *Domus Missionis—Kaatsheuvel*.

Addenda ad crucigramma numeri 17 (m. Martio) pag. 38.
Ad libram: campis 4—7 seriei quintae nom. plur. substantivi «annus» indicatur. — 12. Littera x addita ponum accipimus.

Nota. Lectoribus minimis: 1, 2, mediis: 3, 4, maioribus: 5—7. — Quisquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholae solutiones a professore suo collectas in communi involucro epistulae ad moderatorem *J. Wagner*, (*Budapest, XI., Lágymányosi-utca 30*) mittant.

Terminus solutionum: *Calendae Iuniae.*



Corrigenda numeri VII (Mart.): pag. 73: pro «Pâgues» lege: Pâques. — pag. 76: pro «hortobar» lege: hortabar.

Moderator omnibus, qui die Iosephi et ante dies festos Paschales gratulationes amabiliter mittere dignati sunt, gratias pro amicitia agit quam maximas. — *I. Ipkovich, L. Spiess, S. Camponovo, H. Frey, O. Riva, I. Marcus, E. Ghirlanda, D. Figini, M. Weissenbach, A. Bolla, I. Trombitás, G. Fabinyi, A. Halka, A. Veres, Z. Babocsay, Z. Zimányi, L. Tamás, Th. Weiss, E. Szabó, D. Bertoni* 49 aenigmata miserunt, quae magna ex parte bona sunt. Sed aenigma Ottorini Riva «Quot annos nati erant duo amici?» moderator solvere non potest, quomodo igitur discipuli solvere possent? — Alia opuscula ad moderatorem miserunt: *R. Nowowiejski, M. Zeier, O. Riva, L. Bolzani, I. Mina, I. Englert, C. Bowerat, M. Bauen, Ch. Weegberg, Th. Philips, I. Tóth, A. Weber, A. Friwaldszky, Fr. Turányi, M. Kónya, A. Zajta, S. Bachó, I. Bertalanffy, M. Nizsalowszky, A. Grigoli, A. Kolb, L. Kelety, C. Szalay, O. Balás, M. Tállay, I. Sákovits, I. Kováts, A. Endrey, St. Wachter, L. Balogh, P. Scholten*, quibus singulis respondere impossibile est.